Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et uestibula atrii lumina et fenestras clause super ostia obliquas in atrium per tres partes contra lumen cuiusque luminis. Stratum et lignum pavimentum marcutu terra autem usque et fenestras et fenestre clause super ostia et usque ad domum interiorem et foris circa per omnem parietem atrium intrinsecus et foris circa ad mensuram. Et fabre facta cherubin et palme et palma inter cherub et cherub duasque facies habebat cherub. Faciem hominis uersa palmam ex hac parte et faciem leonis uersa palmam ex alia parte expressam. Domum domum marcutu de terra usque ad superiorem partem cherubin. Et palme celate erant in pariete templi. Limen quadrangulum erat et facies sanctuarii aspectus contra aspectum alterius lumenei atrii cubitorum altitudo eius et latitudo eius duorum cubitorum. Et anguli eius et longitudo eius et parietes eius lumenei. Et locutus est ad me. Hec est mensa coram domino. Et duo ostia erant templo et sanctuario et in duobus hostiis erant bina ex utraque parte bina erant hostiola que huic huicem plicabantur. Bina enim hostia erant ex utraque parte ostiorum et celata erant in ipsis ostiis templi cherubin et sculptura palmarum sicut in parietibus. Quoque expressa erat. Quam obrem erant et grossiora lignea in uestibulo foris

eius super que fenestre obliquee et similitudo palmarum huic atque ille in uestibulis sed in latera domus longitudinem que patebant.

XLII

Et eduxit me atrium exterius plenum directum ad aquilonem et introduxit me in gazophilacium quod erat contra separatum edificium et contra edem uersantem ad aquilonem in facie longitudinis centum cubitos ostii aquilonis et latitudinis quinquaginta cubitos contra. Et cubitos atrii interioris et contra pauimentum stratum lapide atrii exterioris ubi erat porticus facta porticu triplex et ante gazophilacia deambulatio decem cubitorum latitudinis et ad meridiem respiciens me cubiti unius et ostia earum ad aquilonem ubi erant gazophilacia singulorum singulorum que subportabant porticus que ex illis eminebant de inferioribus et demedius aterra cubitis. Et pilolus exterior secundum gazophilacia que erant in uia atrii exterioris ante gazophilacia longitudo cubitorum quinquaginta. Et ecce gazophilaciorum atrii exterioris. L. cubitorum et longitudo ante faciem templi centum. Et erat ibi gazophilacia hec introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori et in latitudine pariuli atrii quod erat contra ma orientalem in facie edificii separ-